



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 172. Utriusque Pontificis Oratores audit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

contentio orta est, Basileensium Oratori- Sæcul. XV.
bus nullo pacto cedere volentibus, & A.C. 1441.
Principibus vicissim comitia sua se alio
translaturos asserentibus, nisi eorum vo-
luntati acquiescerent. Tandem Magistra-
tus etiam, Civesque Moguntini Basileen-
sibus significari jusserunt, si pertinaciter
Principibus morem gerere detrectarent,
se fidem publicam eis concessam revoca-
turos, dato octo dierum adhuc spatio, in-
tra quod ab urbe discederent. His au-
ditis Basileensium Delegati, ne cauſsam
suam sine ulla defensione dimitterent,
acquiescere compulsi sunt, cum & Prin-
cipes a sententia sua discedere renuerent,
& Magistratus ad implendam eorum vo-
luntatem urgerent.

§. CLXXII.

Utriusque Pontificis Legati admissi.

Igitur Cardinalis Arelatensis die vigesi- *Asta Patricii*
ma quarta Martii absque Cruce, & di- p. 1591. &
gnitatis suæ insigniis comitia adiit, nullo *seq.*
comitatu honoratus; legationis quippe
socios, suosque famulos omnes domi re-
linquebat. Dicebat multa ipsemet pri-
mum, post vero plura socius ejus Tho-
mas de Corcellis, qui supremam effere-
bat Conciliorum potestatem, & rectum
esse ajebat Basileensium in Eugenium ju-
dicium, nec non legitimam æque

Sæcul. XV.**A. C. 1441.**

ac necessariam subrogationem Felicis. Prostridie vero auditio sunt Legati Eugenii nimirum Joannes de Caravajalo, & Nicolaus de Cusa. Horum primus Eugenii Papæ, a quo missus fuerat, auctoritatem vindicatum ibat, suumque sermonem auspicabatur illis S. Pauli Apostoli verbis ad Galatas capite quarto versu trigesimo: *Ejice ancillam, & Filium ejus; non enim hares erit filius ancillæ cum Filio liberæ.* Plura alia prorsus insignia adversus summi Pontificis hostes protulit. Hujus orationem exceptit Nicolaus de Cusa, qui non minori solidissimarum rationum pondere adversariorum dicta confutavit, omnia, quæ Basileenses pridie calumniabantur, evidentibus argumentis satis superque confutans, atque Caravajali verba solide confirmans. Testabatur quoque, Amadæum Sabaudum Pontificiam dignitatem, quam plures jam annos sub ovina pelle aucupatus fuerat, tandem a suis Electoribus auro coemisse, ac Venetis duodecim millia equitum promisisse, si dimisso Eugenio sibi adhaerent. Subjunxit Depositionem Eugenii ab Episcopis duntaxat numero septem attentatam esse; cum tamen ex Canonum præscripto simplicis etiam Episcopi exauctoratio a paucioribus, quam duodecim rite fieri haud posset. Addunt Patricii acta, Eugenii Legatos non sine ingenti

Princi-

Principum applausu ac jubilo auditos, Secul. XV.
eo quod optime Basileensium objecta re- A. C. 1441.
primere viderentur.

Attamen Joannes de Segovia, cum ad ea, quæ Eugenii Pontificis Legati protrulissent, a nemine quicquam responderi ægerrime ferret, ipse depositis dignitatis Cardinalitiae insignibus quædam subjun gere aggrediebatur; ac primo quidem Basileensium meritis prolixo sermone jactitatis, allegabat rationes, quibus per motus purpuram haud induisset, dein suorum adversariorum momenta diluere conabatur, ac duodecim omnino argumenta proponebat, quibus confirmare nitebatur, Conciliis generalibus supremam competere potestatem, eisque summos etiam Pontifices obedientiam debere; Synodus Basileensem esse legitimam, quæ ab Eugenio neutiquam dissolvi potuisse, hunc vero Pontificem rite exauторatum, eidemque Felicem esse sufficuum, atque ideo huic soli tanquam vero summo Pontifici parendum. Tandem pluribus veritates a Basileensibus approbas defendere aggrediebatur, inde concludens, Eugenium merito ut hæreticum fuisse declaratum.

Ss 5 §.CLXXIII.